itineri, Interim Illuminatus Pisas discessit cum consueto comitatu. Ibi Mer=
curialem visitauit et eum Lynceis familiarem reddidit longo ipsi adfuit
discursu post quem hortum magni ducis pro physicas studiosis adijt pulcher=
rimu profecto et vario stirpe exornatu. Ostendit Malocchius Museum
miris naturalibus comptam elegantissimo ordine dispositum, obseruatis re=
centis inde Genuam Liguriæ accessit Ibi Castellettus Lynceis familia=
rem exhibuit rerum naturaliu peritissimu hominem à quo etiam dono na=
turalia plurim accepit eaq Caelivago misit sed et hæc ab hostibus intercep=
ta fuere rara et obseruationem quæ meruerant suis libris descripta de=
lineataq, Mediolanum inde profectus ibi plurima artis industria elabo=
rata obseruauit viros doctos quamplurimos Lynceis amicos fecit, et ibi
habuit unam ex Caelivagi epistolis quam summo gaudio legit et ab ea ci=
vitate quemadmodu et ab omnibus ad ipsu et cæteros Lynceos scripsit,
Contulit se postea Caelivagus Neapolim et tandem iter quoq suu
ipse adortus est comite plurimoru aulicoru caterva, ad Caetanosq
secum lautissime acceptus, Interim Illuminatus famulum in patriam
Germanico itinere expediuit, et iter Taurinu versus dirigit, ob seruauit
plurimas herbarum differentias scriptoribus adhuc incognitas aliaq libris
data, Satellites et reliqui itineris socij multiplici utebantur perfi=
dia ut caperent in sermone Illuminatum et eum literis quotidianis
accusabant sic orauerat eos Deus, neq malitia hæc versutiaq horum un=
quam animaduerti ab Illuminato potuit tanto erat dolo fucoq
obsita, Taurinu accedens eius principis aulam obseruauit satis viris
doctis comptam et exornatam, Visitauit ibi Illuminatus Botteru
historicum alios medicos fama claros et satis etiam mechanicis
mathematicos structuris versatum Lignariu fabru à quo præcla=
ra arcana didicit eaq inter cætera suo loco reposuit, Interim scri=
psit ad Eclipsatum Caelivagus ut ad castru Caetanoru obuiam se
illi offerret ac inde eum Neapolim comitaretur, quam rem nullo
ipse ausus pacto ob præcedentes literas quas à consanguineis ante
has habuerit, verum Caelivagus denuo tentauit ac inde nolens
adhuc accedere reliquit et se venire nullo modo posse per peditorem
nunciauit. Dum et Taurini degeret Illuminatus de repente
satellites deserere Illuminatum et se Romam retulere quid acturi
haud ignorauit penitus, Mansit ibi sine autumnis Monurus et paulo
post ijs à socijs expetitis Lugdunum Galliæ versus iter flexit, Satelli=
tes reuertendo Tardigradis eidem aliêre salutarunt ibi consanguineos
repetiere. Ipse vero quia fraudem aliquam existimabat alloqui eos noluit
haud profecto præter rationem cum postea fassi ipsi fuerint se venisse ut
vel vulnerarent vel caederent Tardigradum,